

CAPUT XIV.

De confiscatione bonorum delinquentis.

SUMMARI A.

- 1 Si bona veniunt confiscanda propter delictum, an illa confiscatio extendatur ad bona futura?
- 2 In confiscatione bonorum an veniant iura conditionalia?
- 3 An reus delinquens teneatur in foro conscientie solvere penam a iure impostam, antequam sit per iudicem condemnatus?
- 4 Si reus alienavit bona & postea condemnatur in confiscatione bonorum, an potest fiscus auferre bona à quolibet possessore?
- 5 In casibus in quibus bona confiscantur, quanto tempore debent peti ab heredibus condemnati, vel à tertio possessore?
- 6 Post sententiam latam contra reum, an iudex debeat mittere condemnato sacerdotem, ut conficiatur peccata sua, & dare reo spatium, ut provident ea que suam animam concernunt?
- 7 Iudex vel ejus officialis an possit capere animal alienius privati, & in eo portare malefactorum pro exequenda justitia?
- 8 Postquam reus est furcâ suspensus an possit solli de furcâ, & sepeliri per consanguineos?
- 9 Reus postquam est furcâ suspensus an possit dari Medicis & Chirurgis ad faciendam anatomiam?

1 Confiscatio an extendatur ad bona futura.

Item principaliter quero, an in casibus in quibus propter delictum bona veniunt confiscanda, talis confiscatio extendatur ad bona futura: & breviter & resolutivè dico quod non: unde si reus est condemnatus ad mortem civilem putat deportationis, vel damnationis in metallâ, vel hodie ad galeras, vel ad exilium perpetuum: & bona ejus confiscantur, quo casu bene poterat de jure antiquo querere ea, quæ sunt de jure naturali vel gentium, & hodie de jure novo authenticorum potest ex quocumque contractu, vel successione querere, cum non efficiatur servus pœnæ, ut in ant. sed. hodie, C. de donat. vir. & uxori: & ita late dixi & notabiliter in l. 4. in ll. Tami, & aliqua bona acquirat, illa bona non veniunt in confiscationem, sed sunt propria a ipsius rei & heredum suorum: ita probat text. singularis in l. si mandavero tibi, §. si cuius bona, ff. mandati. Cujus verba sunt: (Is cuius bona publicata sunt mandare alicui potest, ut ea emat, & si emerit, utilis erit mandati actio, si non præster fidem, quod idè receptum est, quia publicatis bonis quidquid postea requiritur, non sequitur fiscum.) & alibi notat & illum textum ad hoc notat & commendat Bald. post Glossam ibi in leg. final. C. qua res pig. oblig. post. in fin. & Joan. de Immo. in leg. ex fallo §. fin. ff. de vulgar. & pup. col. n. 9. Cyn. Salin. l. 2. C. de bonis prof. Bald. in l. 3. C. de privi. sse. Angel. & Alex. in l. 3. §. illud, ff. quod quisque juris. Alex. in l. si stipulatus fuerim illud, §. 1. ff. de verb. oblig. 2. col. n. 4. & ibi Jalon. 3. col. n. 6. Ant. de Iser. in c. 1. §. fin. de cap. corra. 2. col. 3. quæst. Angel. de Aret. in tract.

malefic. in parte, & ejus bona publicantur, ver. & nota, & ibi ejus additor, Bald. in cap. cum coningat, §. de jurejur. 6. col. n. 33. probat etiam l. ejus qui, §. 1. de test. ibi, bona quoque que tunc habuit cum damnaretur publicabantur, & ibi notat, Bald. Paul. in l. quidam su. & s. v. in fin. ff. de penis ubi habetur, quod deponatur acquirat sibi ea quæ sunt de jure gentium, ergo non veniunt in confiscationem, textus in l. cetera forma, C. de jure sse. & ibi notat Bart. Plat. & alii Doct. text. notabilis in c. felici, ver. sverum de pa. i. lib. 6. ibi, de postmodum acquisitis repetitio non negetur, & ibi notant Doctores.

Ex quo notabiliter inferitur, quod in confiscatione bonorum non veniunt iura conditionalia, unde si reo condemnato aliquid debeatur sub conditione, & post sententiam & condemnationem verificetur conditio, illud non debetur fisco, nec venit in confiscationem: ista est Gloss. singularis & unica juncto text. in l. non ad eas, ff. de condit. & demonstr. in verbo, present. ibi, vel si publica sunt, nam postea quæstia non adertur in eas causas, & ibi notat & commendat Bart. in l. fin. & reputat singulariter Joan. de Imol. Paul. & alii Doctores, & illam Gloss. ad hoc reputat singularem & unicam Bald. in l. etiam, Cod. ad legem Falc. col. 2. n. 2. & idem Bald. in l. 1. cum coningat, ff. de notat. Alex. in l. si maritus solus, mar. v. 2. col. pro qua sententia & conclusionem facit l. interdicit, ff. de condit. & demonstr. Quod tamen intellige, quando iura conditionalia proveniunt ex ultima voluntate, ut hereditates, vel legata, quia licet habeat causam de præterito, post sententiam, & condemnationem verificetur conditio, non veniunt in confiscationem, quia sicut non transiret ad verum heredem, ut in l. unica, §. fin. anem sub conditione, C. de caduc. tell. cum fin. lib. ita etiam non debent transire ad fiscum, quia habetur locus heredis, ut in l. 2. C. ad legem Jul. de vi. Secus tamen est, si iura conditionalia proveniunt ex contractu, quia tunc bene veniunt in confiscationem, & verificata postea conditione pertinebunt fisco, quia iura conditionalia in contractibus transmittuntur ad heredem, §. ex conditionalibus, ff. de ver. oblig. ergo transiret ad fiscum sicut ad heredem, & in expresso ita probat si inter focerum, §. fin. ff. de pact. det. & in terminis ita tenet, & declarat Joan. de Imol. in d. l. non ad eas, ff. de cond. & dem. quam legit cum l. procedenti, & ibi Alex. in addit. ad Bart. Quod iterum limita, & intellige, quando esset conditio casualis, vel mixta, secus si potestativa, quia illa non transmittitur ad heredem, ergo nec ad fiscum, quia creditor defectus censetur esse in culpa non adimplendo, ita probat text. notabilis l. si decem cum petieris, ff. de verb. obl. & ibi communiter Doct. text. & Doct. in l. qui balneum, ff. qui pet. in pig. bab. & tenet Bald. in l. fin. Cod. de contrab. emp. ego autem distinguo. Item limita quando esset conditio de futuro: secus si de præsentibus, vel præteritis, argumento text. in cum ad præter. cum l. seg. ff. si ceter. petar. & in l. conditio, de ver. oblig. & dixi latius in materia contractuum, tractando de contractu & obligatione conditionali.

Item principaliter quero, an reus delinquens teneatur in foro conscientie solvere penam impostam à jure pro delicto, antequam sit per iudicem condemnatus, & breviter & resolutivè dico quod non, quia pœna semper est imponenda per iudicem, & requirit ejus declarationem, textus

2 Jura conditionalia non veniunt in confiscationem.

Limita 1.

Limita 2.

Limita 3.

3 Reus ante sententiam non tenetur in foro conscientie penam solvere.

textus est in l. ejus qui delatorem, ff. de jus. sse. ibi, verum oportet constare prius, & de crimine pronunciare, text. in §. hoc 33. quæstion. 2. ibi, & pœna n. l. l. est inferenda per iudicem. Item etiam, quia pœna non solum imponitur à lege pro punitione delinquentis, sed etiam pro satisfactione reipublicæ aliorum exemplo, ut in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. & l. licitatio, §. quod illicito, ff. de pub. & vellig. & in l. capitulum, §. famosus, ff. de pœn. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. singularis & unica in c. fraternitas, 12. quæst. 2. gloss. fin. in fin. ubi dicit, quod fur vel latro, non tenetur in foro conscientie restituere penam dupli, vel quadrupli, & hoc notat & commendat ibi Archid. & illam Gloss. ad hoc reputat singularem & unicam Abbas Panorm. in c. 1. de constit. 7. col. n. 10. & ibi Felin. 1. col. vers. tertius casus, idem Abbas in proo. decreti in parte, rex pacificus 4. col. n. 5. idem Abb. in c. Raynaldus de restam. 6. col. in medio, idem Abb. in cap. si egressus de injur. idem Abb. in c. audivimus, de simon. & ibi Felin. 1. col. idem Abb. in c. suam de pœn. idem Abb. in cap. fin. de sepul. pen. col. n. 6. idem in cap. delicti, de arbitrio, 3. col. n. 12. idem in c. cum causam, de testib. 3. col. in fin. Ant. in cap. fin. de pres. 1. col. in fin. & ibi alii Doct. idem Ant. inc. 1. de dolo & cont. 2. col. Bald. in l. quibus diebus, §. dominus, ff. de cond. & demonstr. in fin. & ibi Imol. & alii Doctores, idem Bald. in l. id quod pauperibus, C. de Episc. & cler. 4. col. quæ idem Bald. in l. post decisionem, C. de furt. idem Bald. in ant. ad hoc, C. de usu, §. col. n. 9. vers. sed hic dubitatur. Joan. de Imol. in l. stipul. ista, §. aliter, de verb. oblig. 4. col. in medio, & ibi alii Doct. Rom. & Moderni in rubr. ff. de acq. hered. Jal. in §. sed iste quidam inst. de act. 20. col. num. 119. Thom. ubi notabiliter declarat in 2. 2. quæst. 2. art. 3. Quod tamen limita & intellige, præterquam si alias reus delinquens sit per iudicem condemnatus, quia tunc tenetur restituere in foro conscientie, quia est sent. & jus quæsitum parti, & oritur sibi actio iudicis ad pœnam exigendam, argumento l. 1. & per totum, ff. de re jud. & in expresso ita tenet Bald. in l. id quod pauperibus, C. de Episc. & cler. 4. quæst. 9. Felin. in d. cap. 1. de con. 12. col. vers. limitatur secundo, idem Felin. in cap. andiamus, de sim. 2. coll. vers. limita secundo, Anchin regula possessor de reg. jur. lib. 6. 1. col. 3. quæst. principali. S. Thom. in 2. 2. quæst. 62. artic. 3. Secundo limita: præterquam si pœna imponitur ipso jure, vel facto, ut in crimine hæresis, vel in crimine læsæ majestatis, vel hodie in crimine contra naturam, quia tunc statim commisso delicto reus delinquens tenetur in foro conscientie bona fisco restituere etiam ante sententiam, vel condemnationem, quia statim per legem est jus quæsitum fisco, & in expresso ita tenet singulariter Abbas Panormitanus, in cap. de constitutionibus, §. col. vers. hac limitarem, & c. idem Abb. in cap. delicti de arbitrio, 3. col. in fin. Felin. notabiliter & melius quam alibi in dicto cap. de constit. 12. col. vers. recipi tamen ubi respondet ad ea quæ in contrarium possunt adduci, licet postea idem Felin. relinquat cogitandum in cap. audivimus, de simonia, 2. col. Conradus lib. 1. de contractibus, §. 7. conel. 2. & 3. Confirmat ex l. commissa, ff. de public. & vellig. ubi habetur, quod licet pœna regulariter non transeat ad heredem mortuo reo ante sententiam & condemnationem, vel ante licentiam contestatam ut in l. unica, C. ex

delicti, de sum. tamen quando pœna imponitur ipso jure vel facto, bene tranfit: probat etiam text. in leg. Gajus, ff. ad Syllan. text. in l. ea iudicium, vers. deo de accus. c. 1. de homicid. lib. 6. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam: imò quod non teneatur, in foro conscientie restituere. Primò, quia licet pœna imponatur ipso jure, vel facto, tamen requiritur declaratio iudicis, præcedente processu, & plena causæ cognitione, & ante non debet tradi executioni: sed restituere bona, esset pœna: ergo, & c. ita probat l. ejus qui delatorem, ff. de jur. sse. & ibi Bartol. & Doctores. textus expressus & melior de jure in cap. cum secundum leges, vers. fin. de hered. lib. 6. Cujus verba sunt: (Confiscationis tamen hujusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales, juxta Gregorii Papæ prædecessoris nostri declarationem; antequam per Episcopum loci, vel aliam personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem sententia pro eodem crimine fuerit promulgata.) & ibi notant communiter Doctores, ergo ante illam declarationem non tenetur delinquens, sicut nec ante sententiam diffinitivam. Secundo facit, quia reus delinquens non tenetur se prodere & diffamare, quia non potest bona sua restituere fisco, sine maxima infamia: ergo restituere non teneatur, argumento cap. aliquando, vers. non tibi dico, de pœn. dist. & cap. si peccaveris, 2. quæst. 1. ubi habetur, quod non tenetur quis se prodere, & delictum proprium ostendere & manifestare. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Summa Angel. in parte pœnæ, art. 3. & Summa Sylvestrina in parte pœnæ, 25. quæst. ubi notabiliter loquitur, & in parte hæresis, 18. quæst. principali vers. 3. pœna est, S. Thom. in 2. 2. quæst. 61. art. 3. & ibi Cajetan. in fin. & ex his inferatur ad quæstionem, an talis reus delinquens possit cum bona conscientie bona sua alienare: & breviter dicendum est, quod titulo oneroso non potest alienare, quia emptor, vel particularis successor esset in maximo damno, cum ab eo possent prædicta bona per fiscum auferri, etiam pretio non oblato: titulo verò lucrativo bene potest alienare, quia nullum damnum incurret, quod iterum limita nisi alienasset pro alimentis sibi necessariis, quia tunc valet alienatio, argumento leg. alienationes, ff. famil. erisc. & leg. peto, §. pradium, ff. de leg. & eorum quæ tradit Bart. in l. post contractum, ff. de donat. penult. col. n. 12. Item limita nisi delictum esset ita occultum quod nullo modo probari posset, quia tunc poterit alienare, ita Summa Angel. & Summa Sylvestrina in loci, ubi sup. à. Item etiam circa prædicta quero, si quis dedit alteri damnum in persona, vel in rebus, culpa, vel negligentia, quo casu non tenetur ad pœnam, sed tantum ad interesse, ut per totum tit. ff. ad legem Aquil. an illud teneatur restituere in foro conscientie: & breviter & resolutivè dico, quod si dedit, vel intulit damnum dolo, vel latâ culpa, tenetur damnum in conscientia restituere: si verò dedit, vel intulit damnum levi, vel levissima culpa, non tenetur damnum in conscientia restituere, argumento c. inebriaverunt, 15. quæst. 1. & in expresso ita determinat Innoc. in c. sic: dignum, de homicid. 2. colum. in medio, & ibi Joan. de Anna, & Felin. fin. col. & illud damnum sequitur & reputat valdè singulare,

Contra prædictas limitationes.



Abbas Panorm. in c. 1. de constit. 2. colum. in fin. idem Abb. in c. si egressus, de iurjur. idem Abb. in c. cum causam, de testib. 5. colum. in fin. idem Abb. in c. delicti, de arbit. 5. colum. in fin. Sum. Sylvest. in parte restit. 3. ve f. 12. nec oblat, quod lex positiva ex iusta, & rationabili causa aliquid inducens debet servari in conscientia, quia in nostro casu respectu solventis est poena, cum sibi nihil adiret post contractum.

[Fiscus an possit vendicare bona condemnata alienata. Casus 1.]

Item etiam principaliter quaro in casibus in quibus propter delictum bona veniunt confiscanda, si reus delinquens alienavit bona titulo oneroso, vel lucrativo, & postea sit condemnatus pro delicto, an fiscus possit predicta bona alienata a possessore petere & vindicare? In quo notabili & quotidiano articulo resolvivè dico, quod si alienavit ante delictum commissum, fiscus non potest alienationem revocare, nec bona a possessore petere, vel vindicare. Primò, quia ante delictum nulla obligatio personalis, vel realis erit quæ sita mediante quâ possit revocare, vel petere. Secundò, quia futuri creditorum nunquam possunt revocare alienata per debitores, ante contractum debitum, nisi probetur in eorum fraudem esse factam alienationem, ut dixi & fundavi in materia contractuum in articulo, an & quando creditores possunt revocare alien. in fraudem per eos debitor. Si verò talis reus delinquens alienavit in fraudem expressè, vel præsumptivè, tunc bene potest fiscus revocare & vindicare, text. est in l. in fraudem, ff. de jur. fise. Cujus verba sunt: In fraudem fisci non solum per donationem, sed quocumque modo res alienata revocantur, text. in l. si aliquis ff. de don. caus. mort. & expressè potest consistare de fraude quando coram amicis, vel aliis dixit, quod bona sua alienabat, quia valebat committere delictum, ex qua bona veniunt confiscanda; præsumptivè potest consistare in casibus sequentibus: primus est, quando reus delinquens donavit omnia bona sua, argumento l. omnes, §. Lucius, ff. que in fraud. cred. ubi habetur, quod si debitor donat omnia bona sua, præsumatur facta alienatio in fraudem creditorum, & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Alber. Angel. Cuman. & comm. Doctor & idem est si omnia bona sua vendidit, ista est Gloss. singularis in l. qui testamentum, ff. de probat. in glo. in fin. quam ibi ad hoc notat & commendat Bart. Bald. Salyc. Fulg. & Flor. similis Gloss. est in l. Patronus, eod. tit. in glo. 1. similis in hâtem si quis in fraud. Insti. de act. in glo. 1. & ibi communiter Doctor. Item etiam idem est, quando non alienat et omnia bona, sed tantum majorem partem eorum, Gloss. est singularis in l. nomen debitoris, §. filio ex parte, ff. de leg. 3. quam ibi notat & commendat Bart. & alii Doct. Bald. in l. nomen aebitoris, §. filio ex parte, ff. de leg. 3. quam ibi notat & commendat Bart. & alii Doct. Bald. in l. 1. Cod. si in fraud. patron. 2. col. 1. quæst. idem Bald. in leg. si nunquam, C. de revoc. don. 2. col. Angel. de Arret. in dict. §. item si quis in fraudem, Insti. de act. 2. col. & ibi Jaf. §. col. n. 16. & idem etiam est, quando alienavit meliora, ita probat text. in l. summa cum ratione, ff. de pecul. quem dicit singularem & unicum Angel. in d. omnes, §. Lucius, ff. que in fraud. cred. idem Angel. in l. si quis post hoc, C. de bonis prof. 2. col. Secundus casus est, quando talis reus delinquens donavit vel vendidit conjunctæ personæ, licet non omnia bona nec majorem partem eorum, argumento l. data, C. de donat. & l.

Bona quâ do præsumantur alienata in fraudem fisci.

Casus 2.

pen. vers. 1. ff. de bon. lib. Tertius casus est, quando post donationem, vel venditionem reperitur reus delinquens possidere, & fructus percipere, licet per clausulam constituit, vel alium actum fictum, dixerit se transferre in alium possessorem, quia ubi est præsumptio fraudis requiritur traditio vera, & corporalis & non sufficit ficta argumentato leg. scit, §. super vacuam, ff. quib. mod. pig. vel hypot. solut. & l. unica, C. de suffrag. & l. qui sub imagine, de distract. pign. Quartus casus est, quando talis donatio, vel venditio est facta clam, & secretè, quia tunc præsumitur facta suspitione delicti futuri, & in fraudem fisci, argumento l. fin. ff. de rit. nups. & l. non existimo, ff. de adm. tut. & leg. penult. C. de reser. vend. Quintus casus est, quando post donationem, vel venditionem statim, & incontinenti sequitur delictum quia ex celeritate actuum præsumitur alienatio in fraudem, argumento text. notabilis in l. si veniri, §. fin. ff. privi. cred. ibi si modo non post aliquod intervallum id factum sit, & ibi notat & commendat Bart. & communiter Doctor. text. in l. §. que oneranda, vers. & in summa, ff. quarum rerum actio non datur, text. in l. sed Julianus, C. de si filius, ff. ad M. ced. text. in l. fin. ff. si quis testam. lib. esse jus fuer. textus in l. d. ubi, C. de repudiis, text. in c. officii, in fin. de electione. Sextus & ultimus casus est, quando donavit vel vendidit sub conditione, si ejus bona aliquo facto vel causa publicentur, argumento leg. summa cum ratione, ff. de pen. Et adde quod semper in omnibus prædictis casibus, & similibus debet intelligi, quando præcedat inimicitia capitalis, vel causa per quam verisimiliter est præsumendum, quod intendebat delictum committere: secus verò aliàs, ut quia forte occidit, vel offendit alium ex inopinata, & superveniente rixa, quia ex hoc colligit nullum prius habuisse animum delinquendi, & per consequens fraudem cessare, argumento l. 1. §. præterea, ff. de quæst. leg. sed si maritus, in fin. ff. qui & a quibus, cap. fin. de renunciat. lib. 6. eorum, quæ ibi notantur in l. si in rixa, ff. ad l. Corn. de fisco. Item etiam intellige quod in prædictis casibus non requiritur probatio fraudis in possessore, etiam si titulo oneroso habeat, & possideat, quia prædictæ conjecturæ inducunt præsumptionem fraudis, tam in alienante, quam in recipiente: si vero talis reus delinquens alienavit post delictum jam commissum, regulariter talis alienatio valet, & tenet, modò sit facta ex causa onerosa, modò ex lucrativa, & non revocatur a possessore. Primò, quia propter delictum non tollitur nec auferitur ei delinquenti administratio bonorum, text. est in l. auferitur, ff. de iure fisci. Cujus verba sunt: In reatu constitutus bona sua administrare potest, eique debitor restit. bona sive solvit. Secundò, quia pro delicto, & ejus poena non sunt bona delinquentis tacite obligata fisco, vel ei debent applicari: ita probat Luxovii, Cod. de donat. inter vir. & uxorem, & ibi notat Bald. & l. 1. Cod. de panis fisci, ubi & ibi notat Bart. Plarea, & communiter Doctor. tenet etiam Gloss. ordinaria, & ibi communiter Doct. in l. rescriptum, ff. de pact. Gloss. & ibi Bart. & communiter Doctor. in l. auferitur, §. fisci, ff. de iure fisci. Sed tamen est jus, actio vel accusatio, contra personam, & illa non sequitur fundi possessores, ut in l. fin. §. fin. ff. de contr. empt. cum similib. ergo, &c. Et in expresso pro hac sententia & conclusione, quod post delictum commissum valeat, &

Casus 3.

Casus 4.

Casus 5.

Casus 6.

Amplia.

Limita.

teneat alienatio, & non possit revocari, text. est expressus, & capitalis in l. post contractum, ff. de don. Cujus verba sunt: Post contractum capitale crimen, donationes factæ valet ex constitutione Divorum S. veri, & Antonini, nisi condemnatio secuta sit, text. in l. si quis post hoc, vers. fin. C. de bono prof. & idem disponit lex 2. tit. 4. §. part. Nec oblat text. singularis in l. 1. ff. de panis, ubi habetur, quod in delictis poena imponitur secundum tempus delicti commissi, quia illud debet intelligi respectu qualitatis personæ, non bonorum. Quod extendit ut procedat etiam si alienavit post accusationem institutam, & etiam post litem contestatam, quia etiam tali casu valet prædicta alienatio, dum tamen sententia non sit lata, quia tunc non valet, quia videtur reus notoriè suspectus, & sibi tollitur administratio bonorum: ita probat d. l. post contractum, ff. de donat. ibi, nisi condemnatio secuta sit: quæ verba respiciunt, & comprehendunt omne tempus ante sententiam, probat etiam l. reo criminis, ff. de solut. & idem disponit prædicta lex partitæ: quod est verum, quando a sententia non est appellatum: si verò sit appellatum, valebit alienatio interim pendente appellatione, sed eâ confirmatâ retractabitur tanquam innovatum appellatione pendente: ita probat l. christographis, ff. de adm. tut. quod intelligi, nisi talis alienatio in omnibus prædictis casibus sit facta in fraudem fisci expressè, vel præsumptivè, quod potest consistare ex omnibus superioribus præsumptionibus & conjecturis, quia tunc indubitanter revocatur per fiscum Prædicta tamen debent intelligi, quando ex delicto commissio non tollitur administratio bonorum, nec confiscatur ipso jure bona delinquentis, ut est regulariter in delictis: fiscus verò quando ex delicto commissio interdicitur administratio bonorum, ut in crimine læsæ majestatis, quia à die commissi delicti revocabitur omnis alienatio, & bona auferuntur a possessoribus, text. est in leg. ex iudiciorum, vers. ad e, ff. de accus. Cujus verba sunt: (Ad eum ut divi Severus & Antoninus rescripserunt, ex quo quis aliquid ex his causis crimen contraxit nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse, & ibi notat Glossa ordinaria, Bartolus, & communiter Doctores, text. in leg. donationes in concubinam, §. fin. ff. de don. Cujus verba sunt: Perfide donationes esse non possunt post crimen per auctorem contractum, &c. text. in leg. fin. Cod. ad leg. Jul. majest. & idem est a fortiori quando ex delicto commissio nedum tollitur administratio bonorum, sed etiam bona confiscantur ipso jure, ut crimine hæresis: quia à die commissi delicti reus delinquens amittit dominium bonorum, & administrationem eorum, & ipso jure transeunt in fiscum, textus est formalis & expressus in cap. cum secundum leges, ve sic bona hæreticorum de hered. lib. 6. Cujus verba sunt: [Bona hæreticorum, qui graviss, horribiliss, ac detestabiliss, quam predicti delinquant ipso jure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata] quia tunc fiscus potest revocare omnes alienationes factas post delictum commissum, & bona a possessoribus vendicare; & adde quod licet de jure communi in crimine læsæ majestatis non confiscantur bona ipso jure, sed tantum interdicitur administratio, ut supra dictum est, tamen hoc etiam confiscantur bona ipso jure, Ita disponit notabiliter lex 4. tit. 2. 7. part. & idem est hodie in peccato nefando contra natu-

ram, quia in eo bona ipso jure confiscantur, quos vide per Bartolus & Doctores in leg. Imperator ff. de jur. ff. & in leg. commissio de pub. & viti. dist. leg. post contractum, & an his casibus teneatur restituere pretium emptoribus bonæ fidei, quibus fuerunt alienata; vide omnino supra ista repetitione in delicto læsæ majestatis divinæ. Item adde, quod talis reus delinquens poterit facere, omnes alienationes necessarias licet bona ejus ipso jure confiscentur, leg. alienationes, ff. sam. eriste, leg. pro, §. prædium, ff. de l. 2. unde poterit solvere creditoribus, leg. sed nec illud, ff. de solut. Cujus verba sunt: Sed nec illud prohibetur videtur re a reo creditori solvatur. Item poterit alienare pro alimentis necessariis, vel pro reparatione & conservatione bonorum. Ita tenet Bartolus, quem vide & exempla in dict. leg. post contractum, de don. 4. col. n. 12. & ibi alii Doctores, præcipue Paulus de Monte Pico in repet. illius legis, 10. col. vers. secunda simi & in effectum istam sententiam & resolutionem post singulariter & magistraliter Bart. in dict. post contractum, ff. de don. & ibi Alber. Paul. Anol. Cuman. & Paul. de Monte Pico in repet. illius legis, & tenet etiam Dynus, Albertus, & alii Doctores antiqui in leg. omnes, §. Lucius, ff. que in frau. Salyceus & communiter alii Doctores in leg. si quis post hoc, de bon. pos. Faber in §. Item si quis in fraudem, Insti. de test. 2. col. n. 5. per col. & ibi alii Doctores. An autem in casibus, quibus potest fiscus alienationes revocare, possit etiam petere fructus mediæ temporis? vide omnino texum notabilem in leg. ita petens per banc, & s. præterea, ff. que in frau. et c. in leg. fin. §. non solum, eod. tit. & in l. videamus, §. in Faviana, de usur. & ea que dixi in repet. leg. quantum in mtean & quando creditores possunt revocare alienata in eorum fraudem per debitores, & Paulus de Monte Pico in dict. repetit. in quibus videtur inferendum, quod in casibus, in quibus bona non confiscantur ipso jure, nec tollitur & impeditur eorum administratio, non haberet locum sequeltrum bonorum, aliàs verò sic, & in confirmatione facit textus quem ibi reputat mirabilem Alberic. in leg. de public. rat. onibus, & vide postea in leg. an omnibus, ff. de iudic. & pone bene necessaria licet.

Pulchrum tamen dubium est in casibus in quibus bona confiscantur, quanto tempore debeant peti, vel ab heredibus condemnati, vel à tertio possessore, in quem sunt alienata: & videtur, quod si delictum est tale, quod ex eo inducitur ipso jure confiscatio, ut est delictum læsæ majestatis divinæ, vel humanæ, vel delictum contra naturam, vel simile delictum; fiscus possit petere bona intra triginta annos, cum tali casu sit translatum dominium, & competat rei vendicationis verò delictum est tale, ex quo non inducitur ipso jure confiscatio bonorum, similiter fiscus possit petere bona infra triginta annos, quia actio personalis iudicatur, quæ oritur ex sententia, vel officium iudicis competens pro executione ejus durat per triginta annos, ut probat textus iuncta Glossa singulari & unica in leg. sicut in rem. Codic. de pres. 30. vel 40. annorum. Vel aliter & secundo dicamus, quod fiscus possit petere prædicta bona infra viginis annos, quia tanto tempore præscribuntur jura fiscalia. Ita probat in omnibus, ff. de div. fi. de temp. præscrip. Cujus verba sunt: [In omnibus fisci questionibus, exceptis causis, in quibus minor

Pulchrum Dubium

30. annis præscribitur jura fiscalia.



tempore servari specialiter constitutum est, viginti annorum prescriptio custoditur, & ibi notat Gloss. ordinaria, Bar. & communiter Doctores. Sed his non obstantibus teneo, quod fisco possit & debeat petere predicta bona infra quinquennium, & a die condemnationis, vel declarationis. Ita probat textus singularis in leg. 2. Codic. de vestig. comm. ubi dicitur: quod si res cadit in commissum, & dominium ipso jure transeat in fisco, tamen non potest peti, nec vendicari post quinquennium, & ad hoc notat & valde commendat Bartol. & communiter Doctores ibi, notat etiam & commendat idem Bartol. in leg. commissa, in fin. ff. de pub. & vellic. probat etiam textus in leg. 2. Cod. de apost. raris, ubi dicitur: quod licet in criminibus heresis post mortem possit fieri accusatio, & bona debeant auferri ab heredibus, tamen debet intelligi quinquennium; ad hoc summè notat & commendat Bartol. & alii Doctores, tenet etiam Gloss. ordinaria, & ibi Doctores in leg. Manichæos, Cod. de heret. Angelus de Arcin. in §. interdictis, l. i. §. de heret. qui ab infestat. 2. col. in medio, & pro hac sententia, & conclusionem vide hodie singularem & novam leg. 7. tit. 25. 7. par. Nec obstat textus singularis in cap. 2. §. 1. de prescrip. lib. 6. ubi habetur, quod bona hereticorum prescribuntur per filios, vel heredes, vel alios possessores per quadraginta annos: quod debet intelligi, quando bona applicantur si eo Ecclesie; fisco vero, quando applicantur fisco seculari, & in expresse ita tenet & declarat. Abbas Panormitanus in cap. cum nobis, de prescrip. l. 1. §. 1. col. n. 8. & ibi Felinus colum. fin. versio. Item in quantam Abbas declarat. Advertendum tamen, quod eo casu, quo bona petuntur a tertio possessore tanquam alienata in fraudem, videtur quod debeat peti infra annum utilem, loco ejus dator hodie quadriennium, quia tanto tempore tolluntur & prescribuntur actiones revocatoria; ut in leg. 1. §. 1. ff. qua in fraudem creditorum; & in §. 1. in si quis in fraudem, l. i. §. de actio. super quo cogita.

**6** Item quæro post sententiam diffinitivam laici contra reum, an debet judex ei mittere Sacerdotem, vel Religiosum, ut confiteatur peccata sua, & dare sibi aliquid tempus, vel spatium ut possit providere ea, que concernunt conscientiam, & animam suam; & resolvit dico quod sic. Ita probat *Azobiosensis*, *C. de Episc. cap. audierit*, & ibi notat Baldus, Paulus de Castro, & communiter Doctores. Adde quod dicit ibi Paulus, quod potest & debet Episcopus per censuras ecclesiasticas prohibere, ne judex secularis exequatur sententiam, nisi prius dato termino & spatio ad confitendum; & ad hoc etiam notat & commendat, illum textum Paris. de Puteo in *r. ad. Synod. l. i. versio. judex*, fol. 82. ubi etiam subdit, quod consueverint iudices antequam reum condemnent ad mortem, mittere Sacerdotem, vel Religiosum bonæ vitæ, ut ei punctionem sententiam mortis profertendam, & eum exhortetur ad bene moriendum, & dolorem, & contritionem peccatorum habere, & penitentiam præstare; & quod si hoc faciat, erit securus de salute animæ, & conscientie vix magis, quam illi, qui moriuntur in lecto ex infirmitatibus suis; qui fortè ex variis accidentibus non possunt ita facere; & optimum, & sanctum erit, quod ipse judex ad ipsum ac-

Judex teneatur mittere Sacerdotem nec post sententiam laicam.

cedat eum consolando; & prædicta, & alia similia exhortanda, & mittere cum eo prædictum Sacerdotem, vel Religiosum usque ad locum supplicii quousque vitam finirent. Item adde, quod potest & debet judex permittere, & consentire, ut talis reus condemnatus recipiat Corpus Domini nostri Jesu Christi, cum nulla sit ratio, per quam possit impediri, ita probat *cap. 2. de furiis*, & ibi notat Hostiensis, Abbas, *cap. exnentes*, in fin. 3. *diff. in l. cap. final. 13. quest. 2.* & ibi Glossa ordinaria, Archi. & communiter Doctores, *dement. 1. de parit. & remission.* & ibi Glossa ordinaria, Inola, & communiter Doctores, & idem disponit *lex titulo 13. parte 2.* & in tantum hoc est verum, ut non valeat consuetudo in contrarium; ita tenet Abbas, & communiter Doctores in *dicit. cap. 2. de furiis*, & per hoc videtur reprobanda, & non sequenda præctica hujus regni, in quo non permittitur condemnatis recipere communionem, quia in veritate est contra jus & contra omnem charitatem; unde consulo iudices, ut non faciant, imò omnino permittant, & consentiant. Nec obstat si dicas, quod videtur inconveniens, & impedimentum iustitiae, quia possit reus fugere ad corpus Christi, vel ad clericum illud portantem, & petere relaxari & gaudere beneficio & privilegio Ecclesie; quia respondeo, quod licet ille, qui est in plena libertate, si fugiat ad Ecclesiam, vel corpus Christi gaudet prædicto privilegio, tamen qui est captus, & detentus in carcere, non gaudet tali privilegio, quia non est in sua libertate, & ideo in ea non potest defendi; item etiam quia Dominus noster non videtur velle iustitiæ præjudicare, quia iustus est & iustitiam diligit, unde relinquit eum in captivitate iudicis in qua ipsam invenit, sicut nec liberat servum a captivitate Domini, licet ad Ecclesiam confugiat; ita notabiliter tenet & declarat Hostiensis in *summa*, *de immunit. Eccles. 7. col. n. 11.* Abbas Panorm. in *cap. sent. 2. col. de celebrand. Missa*, Palat. Rub. in *sua reper. 1. fol. 22. prima col. versio. ex h. inferur.*

Item quæro, an judex vel officialis iustitiæ possit capere animal alicujus privati, & in eo portare malefactorum pro exsequenda iustitia; & breviter dicendum est quod sic, argumento *leg. fin. §. fin. ff. de pig. action. l. si loc. 2. versio. si, quemadmodum, servus amittitur*, l. item si verberatam, §. 1. ff. de rei vend. cum similibus; quibus probatur, quod propter publicam utilitatem potest judex res privatorum capere, dum tamen pretium, vel mercedem solvat de publico. Item etiam quia ea que communiter omnibus profunt præferantur utilitati privatæ, ut in *leg. unica, §. fin. Cod. de caduc. tollend.* & in expresse istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in *dicit. leg. fin. §. fin. ff. de pig. action. l. 1. ubi Albericus, Baldus, Paulus & Fulgof. Flor. in leg. ita vulneratus, ff. ad legem Aquil. fin. col. n. 22.* Jacobus des. Georgio in *leg. 2. §. ff. de jure dotium*, n. 21. Paris. de Puteo in *r. ad. Synod. in parte an officialis*, fol. 69. Hippolytus de Matfilis in *l. 1. ff. ad legem Corn. de sic. 4. col. n. 26.* Ex quo etiam inferitur, quod judex vel officialis potest compellere aliquem hominem, ut exequatur prædictam iustitiam decapitando, vel suspendendo reum delinquentem; dum tamen sit vitis persona, ita Bartol. & Doct. ubi supra.

ex de iud. l. 1. m. 1. ut tere reus recipiat corpus Domini.

Contra hujus regni consuetudinem.

Animal cujuslibet privati potest capi ad poenam dum reus.

**8** Item quæro, an postquam reus condemnatus est furcâ suspendus, possit tolli de furcâ, & sepeliri per consanguineos, vel amicos; & breviter dico quod non, sine licentiâ & mandato iudicis qui tulit sententiam; sed ea petitâ facilliter conceditur, textus est in *leg. 1. versio. fin. ff. de cadav. pun.* Cujus verba sunt: *hodie autem eorum, in quas animadvertitur, corpora non alicui sepeliuntur, in quem si fuerit pretium, & permittuntur, text. in leg. si, eodem titulo.* Cujus verba sunt: *Corpora etenim animadvertentium, quibuslibet parentibus ad sepelendam danda sunt; & ibi notat Glossa ordinaria, Bartolus, Albericus, & communiter Doctores antiqui, valdus in leg. unica, Codic. ex delictis defuncti. 2. col. n. 2.* & ibi alii Doctores; & licet iura canonica simpliciter dicant, quod ei non negetur sepultura, ut in *cap. fin. 13. quest. 2. & in clement. 1. de parit. & remission.* tamen debent intelligi petitâ & obrentâ licentiâ a iudice seculari, qui tulit sententiam, ut tenet & declarat ibi Glossa ordinaria, & communiter Doctores, Hostiensis in *cap. ex parte, in fin. de sep.* & ita debet intelligi *lex 7. tit. 13. 1. partica*, & *lex final. tit. 7. part.* & ex hoc sumitur illa præctica, quod postquam reus est suspendus, judex facit dari proclamationem, quod nemo audeat tollere corpus prædicti rei condemnati, & suspendi sine licentiâ & mandato ejus, sub certa pena.

Item adde, quod si propter delictum quis est relegatus ab aliquo loco vel civitate, & pendente tempore exilii moriatur, non potest corpus ejus trahi ad sepeliendum in illo loco vel civitate, à qua in vita fuit relegatus, donec tempus exilii sit finitum, quia sicut vivus non poterat ibi habitare, ita post mortem non potest ibi sepeliri; ita probat textus singularis & unicus in *leg. 2. ff. de cadav. pun.* ubi habetur, quod si quis est deportatus in certam insulam, & ibi moriatur, non potest extrahi, ut alibi sepeliatur inconsulito principie, ergo aperte probatur, quod si sit relegatus à certo loco vel civitate, post mortem non poterit in ea sepeliri, & ad hoc illum textum reputat singularem & unicum Bartol. ibi, Cardin. in *clement. 1. de parit. & remission. final. col. in fin.* Hipp. de Matfilis in *leg. fin. ff. de quest. antepenult. col. n. 46.* Item bonus textus in *cap. sacris, de sepult.* ubi excommunicati quibus non communicantur fideles in vita, non possunt sepeliri post mortem in ecclesiastica sepultura, facit etiam notabilis decisio *leg. cum loco ff. de rel. & sumpt. funer. cap. cum ad Monasterium, de statu Monach. cap. 1. de tormentis, sup. super eo, de raptor. cap. sane; 24. quest. 2. cap. quicumque, et 2. 11. quest. 3. cap. is cui; versio. talis, de sentent. excomm. lib. 6.*

**9** Postremò & finaliter quæro, an reus condemnatus, & jam suspendus antequam sepelitur possit tradi Medicis, & Chirurgis ad anatomiam faciendam; & certe jure non reperitur, sed Bartolus tangit hoc in *leg. fin. ff. de cadav. pun. & relinquit indecivum; similiter etiam tangit Anania in *cap. 2. de furiis, 1. col. in fin.* & relinquit cogitandum. Sed ego teneo, quod possit tradi, primò, quia quando aliquid omnibus prodest in communi, præfertur utilitati privatæ; *leg. unica, §. fin. Codic. de cad. toll.* secundò, & in specie facit quod reipublica, ff. de i. jur. ubi habetur, quod judex non facit injuriam, si aliquid*

Cadaver puncti an possit dari chirurgis ad anatomiam.

facit intuitu reipublica, licet tendat in contumeliam alicujus privati, & in expresse isto fundamento, & consideratione istam sententiam & conclusionem tenet Philippus Decius in *leg. imperium, ff. de iurisd. omni. jud. 3. col. n. 17.* & nostris temporibus anno præterito 1650. Impetator noster, & ejus regale Concilium misit Salmanticam, ut univertitas nostra daret in hoc consilium, an liceret, vel non; & respondit quod sic.

ANNOTATIONES.

**C**ad sunt propria ipsius rei, & heredes suorum. Non admodum accurate loquitur in presentia noster Gomezius; nam est verum receptissimumque fide bona futura non comprehendi confiscatis bonis, tamen nullo modo est, illa ad heredes esse perventura: cum enim qui prescripitis bonis damnatus est, heredem habere nequeat, procedit dubio ad fisco, non ad alium heredem bona illa rediant; quod probat *l. 1. Cod. de bon. prescrip. l. 1. ejus qui, §. 1. ff. de restan. l. quidam sunt, ff. de pen. observant in terminis Bart. in leg. ex facio, in princip. ff. ad Senatusconsultum Trebel. Fulgof. in leg. si mandatum, §. 2. ejus, ff. man. Act. col. 1. Alexand. columba, versio. in l. 1. Cod. de hereditibus instit. Plat. in leg. certa forma, col. 1. in princip. c. de iure sse. eruditissimus Artus Pinel in rubric. part. 1. num. 3. versio. si fuerit publicatio bonorum, Cod. de bon. mar.*

**E**t in expresse istam sententiam & conclusionem. Adde Rip. de peste, fol. 16. num. 116. & seq. conferunt tradita ab Alexand. in l. 2. n. 30. ff. solut. matrim. Jason. in l. Barbaricus Philippus, num. 3. cum præced. & leg. ff. de offic. pref. ab Hippol. in l. 1. num. 18. ff. ad l. cornel. de sicar. ac memineris necesse esse ejus animalis pretium domino solvatur, quia terra fructus ex illis ataro non gignat, ut magis mirabiliter, quam verè cenet Paris. de Puteo de synd. §. 2. officiales, n. 3.

**I**ta fundamentum & consideratione istam sententiam, & c. Hanc eandem conclusionem affirmant Curt. num. 38. Gaspar Valach. n. 17. Sebastian. Sapia n. 11. in imperium, ff. de iurisd. omni. jud. Marc. Mantua lib. 4. observo. 14. Julius Clarus in pract. §. ult. versio. quare non audit, cum Beccas in c. cadaveria, n. 5. nec sane dubitandum ea de re unquam fuit, cum certo certius sit perfectam medicinæ cognitionem non magis abique anatomicis dissectionibus comparari posse, quam veram aliquam alterationis artis scientiam absque ipsiusdem proprii, & genuini subiecti notionem quasi posse; quanti autem pondus, ea momenti medicina sit, & quatuordecim omni ratione illis sit favendum, atque auxilium omne liberissimum suppeditandum, qui ad illam non pertinetur, nec dicens causa, sed vere & suis ex principiis adipiscendum contendunt, nemo profectò dubitavit, cui chata, uti debet, ipsius salus atque incoluntia fuerit, qui qui caret, nescio an vitam ipsam jure possit gravamen excutimare, ipse equidem in hisce brevibus hujus artis medicæ laudibus, quas multæ multorum eruditum paginæ vix complectentur, jucundissime sicuti huc qualiqui labori imponi

ADDITIONES.

SUMMARI A.

- 1. Doctores materiam expiscantes reservantur?
  - 2. De Confiscatione, & an extendatur ad bona furor. & quid de bonis dotalibus, & datis filio pro leg. prima?
  - 3. In confiscatione ut viciant iura condi. i. n. a. i. & qua bona possunt confiscari?
  - 4. An pena ipso jure impoisa debeatur in foro conscientie ante condemnationem?
  - 5. An fisco possit auferre bona alienata à quolibet possessore?
- De materia text. in l. post contractum Di. H. H. gestl.



- gest. de donationibus ?
- 6 Intra quantum tempus bona qua confiscantur, debeant peti ab hæredibus, vel à tertio possessore ?
- 7 Sacramenta sunt administranda condemnatis antequam patiantur.
- 8 Animal alicujus privati an possit capi ad executionem sententiæ ?  
Persona vilis an possit compelli exequi sententiam, & decipere reum ?  
Et an possit pena condonari reo dummodo exerceat officium carnicis ?
- 9 Cadaver rei an possit sepeliri sine licentia Judicis ?
- 10 Cadaver an possit tradi Medicis, ad anatomiam faciendam ?

**E**xplicat præsentem materiam latè Bossius in practica, titul. de bonorum publicatione. Gigas de crimine læsæ Majestatis, lib. 2. titul. De panis, Suarez in suis communibus, verb. Confiscatio bonorum, Chaffan. ad consuetudines Burgund. titul. de confiscatione Turchis litera C. conclusio 712. & sequentibus, usque ad 727. Petrus Gregorius in Synagoga, lib. 3. cap. 31. & latissimè Farinacius quest. 24. & 25. omnino videndus; & in fragmentis, verb. Fiscus, & consilio 71. ubi cuiuslibet pertinet bona confiscata, confiscantis, vel illius, in cujus territorio sita sunt, & in decis. 16. lib. 1. Scaccia de Judiciis, lib. 2. cap. 9. ex numero 1563. ubi de confiscatione bonorum feudali, Amaya in l. 1. Codicis de jure fisci, lib. 10. ex num. 57. ubi de confiscatione in crimine læsæ majestatis, & aliis; & in l. 4. numero 34. ubi numero 37. agit an in confiscatione veniant acquisita post delictum; Bernardus Diaz in regul. 165. littera D. Barbosa in l. 6. & in l. 1. consensu, §. 1. & §. final. per totum. Digest. soluto matrimonio, Franciscus Lucanus Petegrinus, & reliqui integros tractatus ediderunt, Thomas Sanchez in summa, lib. 2. cap. 14. & sequentibus, & novissimè Rovitus de bonis proditorum, Carleval, tom. 2. disputat. 1. ubi de pœna & hypotheca pro ea, Cevallos quest. 634. ubi quid comprehendatur in confiscatione mobilium, & immobilium; Surdus de Alimentis, titul. 8. questione 39. ubi de jure petendi alimenta, confiscatis bonis; & in questione 35. Castillo in leg. 78. Tanri, ubi de confiscatione dotis, Suarez allegat. 2. num. 56. & 58. allegat. 18. num. 10. in l. post rem judic. res. Nota 3. ex num. 5. ubi Valdesius in vers. Potest etiam addi idem Suarez consil. 12. Osvaldus ad Donell. l. 10. cap. 1. littera F. Gratian. regul. 55. maximè ex num. 49. Bæza, de dote, capite decimo ex numero 24. Caldas in leg. si curatorem, §. l. ex numero 112. Fachinus lib. 5. c. 95. & lib. 7. cap. 7. & 10. lib. 9. cap. 17. 18. 37. 47. & sequentibus, & cap. 81. Menochius de recuperanda poss. remed. 9. ex numero 70. Aviles in proem. verb. En los casos, in capite prator. & alii plures apud ipsos, Dom. Larrea in proem. allegacione fisci, numero 6. ubi quod Domini vassallorum non possunt facere confiscationem bonorum.

Ad numerum 1. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Quòd confiscatio bonorum non extendatur ad futura, ut hic resolvitur ( præter additionem Suarez hoc loco, ubi laudat nostrum Gomezium in hac parte, licet reprobet eum in quantum dicit, talia bona futura ad hæredes pervenire )

comprobant Clarus in pr. l. 1. c. 5. final. questione 78. versicul. Item in fisco, Gigas de crimine læsæ majest. lib. 2. titul. de panis. comm. crimen læsæ majest. quest. 7. numero 1. Boll. in ritual. de bonorum confiscatione, num. 15. & 66. Pinol. in rubrica de bonis materis in principio numero 3. Surdus decis. 167. num. 2. ubi de bonis assignatis filio in vita pro legitima, Suarez in comm. verb. Confiscatio bon. ex numero 263. & plurimi relati, Farinac. quest. 25. num. 138. & sequentibus, ubi nostrum Gomezium defendit ab impugnatione Suarez sup. dist. additione, littera A. cum vide; & Pichardum in repetit. leg. Gallus, §. & quid si tantum, numer. 147. & Amayam in l. 4. Codicis de jure fisci lib. 10. numero 57. ubi alios refert, & Fachin. lib. 9. controvers. 51. & Noguerol. allegacione 22. num. 58. ubi de bonis extra territorium, & Carleval. de judic. tom. 2. disputacione 19. num. 18. ubi de bonis dotalibus, post Azevedum in l. 11. tit. 9. lib. 5.

Ad numerum 2. ibi: Non veniunt jura conditionalia, &c.

Jura conditionalia provenientia ex ultima voluntate, quòd non veniant in confiscatione, cum declarationibus Gomez. probant Clarus in praxi, §. final. quest. 98. vers. Item in fisco, & Suar. in suis comm. verb. Confiscatione bonorum, 263. Gigas in ritual. de crimine læsæ majest. lib. 2. titul. de pan. quest. 7. numero 1. Boll. in pract. tit. de bon. publ. num. 15. Menochius consil. 101. lib. 1. num. 26. & sequentibus, & latè Farinacius quest. 25. num. 142. & sequentibus, Amaya in leg. 4. Codicis de jure fisci, l. 10. num. 56. Barbosa in l. si constante, ff. soluto matrimonio, §. 1. ex num. 6. 19. & sequent. & Alvarad. de consuet. men. defon. lib. 2. cap. 1. ex num. 15. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 9. ex num. 1098. ubi de bonis que non possunt confiscari.

Ad numerum 3. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Pœnam ipso jure impostam non debent in foro conscientie ante condemnationem, ut hic resolvitur, comprobatur manet latissimè supra cap. 2. hoc tom. 3. in addit. ad num. 5. ubi omnino videas, & Parlador. differe. 12. n. 18. & Cened. qui plures refert in collect. ad Decret. Collect. 2. num. 3. & Ceval. quest. 987. latissimè Noguerol. allegacione 12. ex num. 75. Carleval. tom. 2. de judic. disput. 1. ex numero 39.

Ad numerum 4. ibi: In quo notabili, & quotidiano articulo, &c.

Fiscum non posse alienationes factas ante delictum, vel post, revocare, nisi factæ fuerint in fraudem, ut hic resolvitur, docent, & explicant Bossius in practica titul. de bonor. publicatione. ex numero 43. Clarus in §. in questione 78. ex num. 15. Peregrin. de jure fisci. lib. 5. rubric. de public. tit. 1. numero 152. & sequent. Duñas in regula 116. Gratianus disceptation. lib. 1. cap. 54. numero 17. & (ut in uno plures refertam) Farinacius questione 164. per totam, ubi latissimè omnes versiculos hujus numeri explicat; eum videri sufficere, ibi, & consil. 42. littera G. & decisio 140. lib. 1. & Dom. Larrea decis. Granatenis 55. per totam, & maximè numero 7.

Et de materia text. in leg. post. contractum ff. de donation. ( de qua noster Gomezius in præfati ) præter Farinacium supra citatum, videri poterunt Menochius de arbitrar. casu 361. numero 46. & lib. 3. præsumpt. 124. Surdus de aliment. titul. 8. privileg. 35. & tit. 9. questione 32.

## De confiscat. bon delinq. Cap. XIV. 243

& decis. 214. ubi quid si alienatio fiat pro solvendo are alieno? Gutierrez Canon. lib. 2. c. 5. ex num. 64. Osvaldus ad Donell. lib. 9. cap. 10. littera D. Barbosa in l. 8. paragraph. si vir, ff. soluto matrimonio, num. 65. & sequent. Mantica de convention. lib. 13. tit. 39. Farinacius iterum questione 25. numero 130. & sequentibus; Thomas Sanchez in summa, lib. secund. cap. 14. Hermosilla latissimè in leg. secund. titul. 4. parte quinta, Amaya in l. 1. Codicis de jure fisci. ex. n. 5. Bonacin. de contract. & rest. disputat. 3. quest. 8. punct. ultim. & Dom. Larrea decisio Granatenis 55. ex num. 7. & per totum, ubi numero 4. probat quòd renuntiatio juris acquirendi favore fisci in ejus favorem facta intelligitur.

Ad numerum 5. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Intra quinquennium bona, quæ confiscantur, debere peti ab hæredibus, vel à tertio possessore, ut hic resolvitur, docent plures Doctores relati à Fachin. lib. 9. controversiarum cap. 54. & Farinacius questione 25. numero 158. ubi numero 163. distinguit & numero 164. laudat Gomez. in præfati, in vers. Advertendum tamen &c. cum videas; Noguerol. allegacione 12. ex numero 141. ubi quòd non est necessaria scientia fisci, ut curat hæc præscriptio, nec adversus eam restituitur.

Ad numerum 6. ibi: Et resolutivè dico, quòd sic &c.

Quòd Sacramenta penitentiae, & Eucharistiae debeant administrari reo, antequam sententia mortis exequatur, docent Clarus paragraph. fin. quest. 97. numer. 4. Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 5. numer. 4. adversus Sorum de justis lib. 5. quest. 1. articulo 3. Pet. à Navar. lib. 2. de restitut. capite secund. numer. 23. Silvest. verb. Judex quest. 13. Toletan. in summa lib. 2. capite 18. Bolan. in curia Philippica, tertia parte §. sententia, numero 14. & post. eos Fagundez in prac. Eccles. lib. 1. pract. 3. cap. 4. numero 3. & 4. ubi probat, Judices ad hoc obligari, etiam si certò sciant isto tempore, quo rei debent se præparare ad communionem per Sacramentalem Confessionem, fore eripiendos violentiæ, vel evasuros, præterquam si delictum ita sit atrox, ut scandala, & damna publica, vel proditio Principis, aut traditio urbis timeantur, vel mors ipsius Judicis; tunc enim exequi poterit sententia absque dilacione, vide ibi per eum; & Cevallos tom. 1. quest. 98. & Surdus decis. 121. & latè numero 1. ubi numero 3. an ipsa die possit exequi sententiam? & 9. ubi etiam an ipsa die, quæ Eucharistiam suscepit, possit suspendi reus? &

resolvitur, non debere fieri, nisi adsit periculum in mora; & numero 14. quòd si impetrens nolit confiteri peccata per aliquod temporis spatium, debet suspendi executio sententiæ, ut reductatur, & hoc cessante periculo, non aliàs eum videas per tot. 9. ubi plures casus enumerat in quibus suspenditur executio sententiæ, Barbosa in collect. cap. 2. de furtis, num. 1. & 4.

Ad numerum 7. ibi: Et breviter dicendum est quòd sic, &c.

Quòd animal cujuslibet privati possit capi pro executione sententiæ, ut hic resolvitur, docent Bobadill. in polit. lib. 3. cap. 15. num. 141. & Bolan. in Cur. philip. 3. par. 5. sententia, num. 15. advertit hoc esse intelligendum præterquam in equis de ventre, hoc est Teguas de ventre, de casta, quæ tolli non possunt ad hoc, nec pro aliò servitio Regali, ex l. 3. tit. 17. lib. 6. Recop. in cap. 5. vide etiam Thom. Sanchez in consil. moral. lib. 3. cap. unico, dub. 7. num. 3.

Ibi: Ex quo etiam inferitur, &c.

Servum, vel personam vilem posse compelli, ut exequatur sententiam mortis, imò aliùm condemnatum ad mortem, commutata pœna, posse condemnari, ut sit executor vulgò veridicus; post Barr. & Petr. Gregor. in suis lib. 3. cap. final. num. 5. docuit Bolan. in Cur. Philippica 3. parte, §. sententia, num. 15. Bobadilla in polit. lib. 3. cap. 15. n. 139. & 140. & Cened. quest. 9. num. 29.

Ad num. 8. ibi: Et breviter dicitur, quòd non, &c.

Quòd cadaver condemnati non possit tolli, & sepeliri sine licentia Judicis, ut hic resolvitur, docent Baiard. ad Clarum §. fin. quest. fin. Gregor. in leg. 7. titul. 18. part. 1. & l. fin. titulo 31. part. 7. & Bolan. in Curia Philippica 3. parte, §. sententia, numero 16. post Bobadill. in polit. lib. 3. cap. 15. numero 143. vide etiam Thom. Sanch. in consil. moral. lib. 3. cap. unico, dub. 7. numero 2. & Cened. in collectan. 4. ad Decretal. numero 3.

Ibi: Item adde quòd si propter delictum quis esset veligerus, &c.

Diximus de hoc jam in cap. de exilib. & relegacione.

Ad numerum 9. ibi: Sed ego tenco, &c.

Quòd cadaver condemnati possit tradi Medicis, & Chirurgis ad Anatomiam faciendam ut hic resolvitur, probant Farinacius in fragmentis, verbo; Cadaver, post Clarum in praxi, §. fin. quest. fin. numero 1. ubi Baiard. numero 4. & Menochius de arbitrar. casu 285. ex num. 10. & alios bolanus in Curia Philippica 3. parte, §. sententia, num. 16. & Cened. in collectan. 4. ad Decretum, num. 41.